



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvat̃is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

5. De Vigilia Epiphaniæ. Indifferentia primus affectus rejecti amoris Proprij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

*De Vigilia Epiphaniæ.*

9

pedes, ad laborandum pro eo, in unione vir-  
ginei corporis ejus. 7. Totum me: & postu-  
labo acceptari oblationem meam.

MEDITATIO V.

*De Vigilia Epiphaniæ.*

*Indifferentia primus effectus rejecti a-  
moris proprii.*

**V**idebo D. Virginem, & Iosephum cum  
Parvulo ad omnem spiritûs divini nu-  
tum mobiles, euntes, & redeuntes. Petam  
eos assequi.

*Conf. 1.* Indifferentiam semper attendere  
ad beneplacitum DEI: quia dignitas, bea-  
titasque animæ non consistit in possessione  
donorû Dei, sed quòd Deus sit cum illa con-  
tentus. Quicumque indifferentiâ plenâ caret,  
expositus est omni lapsui: quia omnis mu-  
tationis in amore DEI origo est non amâsse  
indifferentem, non fuisse paratum Deo aucto-  
re ad hoc relinquendum, vel assumendum.

*Conf. 2.* Perfectionem indifferentiæ esse,  
ut quis sit ad omnia paratus, & simul pro-  
pendeat ad actum heroicum, aut ad ea, quæ  
sunt acerbiora: ad omnia in Provincia offi-  
cia, habitationes, &c. Et simul ad Indias:  
hoc enim sine illo nihil valet, illud sine isto  
non est perfectum.

*Conf. 3.* Indifferentiam tolli errore pu-

A 5

tag.

tantum esse quidquam amabile extra voluntatem Dei, cum nec paupertas, nec divitiarum bonum, ut ait D. Chryl Homil. 67. ad pop. in cap. 12. Lucæ in illa verba: Congregata sunt bona mea, inquit: Errat bona putans, quæ sunt indifferentia, & media dicuntur. Hinc deducitur. Necessè est esse bonum, quod amatur: indifferentia bona non sunt: errat igitur, qui non diligit. Cum itaque nemo falli velit, & solam Providentia Dei sit infallibilis, quod est per se, per secula sine colore, rosa sine plicis, hoc in principio salutis, & sanctitatis mihi erit indifferentia, cujus octo sunt actus. 1. ad persequendum bonum cuiusque nationis, ingenij, honoris. 2. ad contemnendum munia speciosa, vilia, laboriosa. 3. ad loquendum incommoda, habitationes ignobiles, infalubres. 4. ad gradus in religione (si religio est) 5. ad injurias, delationes. 6. ad continentiam, ægritudinem, vitam longam, brevem. 7. ad consolationes, desolationes. 8. ad quæ spiritus ad quæ consecrabo me. Deo in cogitatione omnibus, quæ sunt extrinsecus. Deum: melius ite claudus in via, quam cursum præter viam. S. Aug. Ser. 25. de Verb. Ap. nihil interest nobis sitis in saculo, qui contra seculum estis. Tertul. lib. de Patientia.

Patientia.